



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

MCCCXCIII. König Wladislav von Polen verschreibt seine Tochter Hedwig
und die Succession in das Königreich Polen dem Sohne des Markgrafen
Friedrich, nachmaligen Kurfürsten Friedrich II., am 8. April ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56104)

alles geuerde. Wir sullen vnd wollen daselbst ouch vnser gutlich sten In disen nechstkomen- den XIII tagen verbrieuen vnd verburgen, als das nechst verbrieuet vnd verburget ist, vnd welicher vnder vns einer oder merer derselben vorgesezten burgen nicht gehaben mochte, der sol andern als gute in der selben stad setzin. Wir sullen vnd wollen ouch in demselben gutlichen sten vnsern Mannen vnd vnderlassen nicht gestein oder gestatten, das sy den vorge- nannten vnsern Oheimen den Marggrauen czu Brandenburg dieselben Marcke vnd sein Manne vnd vnderlassen geistlich vnd werltlich angriffen oder beschedigen noch auch sein vnd der Marcke veinde hulzen oder hegen, essen oder trencken, sy durchlassen noch In key- nerlay hullfen oder czulegunge tun oder tun lassen vff iren schaden one geuerde. Also haben wir gelobet by vnsern furstlichen wiriden In guten truwen vnd globen ouch In diesem brief alle vorgeschriben stücke vnd artickele volkomenlichen czu halden vnd czu vollfuren vnd da wider nicht czu tun noch czukomen heimlichen noch offentlichen wir oder nyemand von vnser wegen in dheinerlay wise al geuerde hier Inne vnd In allen vorgeschriben sachen genczlichen vtzgescheiden mit vrkund dizz brifes etc. Actum etc. ut supra.

Nach dem Churm. Lehnscopialbuche des K. Geh. Kab. Archives XV, 54.

MCCCXCIII. König Vladislav von Polen verschreibt seine Tochter Hedwig und die Succession in das Königreich Polen dem Sohne des Markgrafen Friedrich, nachmaligen Kurfürsten Frie- drich II., am 8. April 1421.

Wladislaus, dei gracia Rex Polonie Nec non terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie Lithuanieque princeps, Suppremus Pomeranie Ruffieque dominus et Heres etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, Quomodo desiderabile amicitie amplectentes commercium, quo omnia proficiunt et conditionem recipiunt meliorem, Cuius flore reuiuiscunt, que inercia pu- fillanimitatis sunt consumpta, per quam fomes odiorum extinguitur, lites cedunt, Bella exu- lant et furia absumuntur. Hec ligat dissona, Imparia parificat, diuersitatem horridam dulci ydemptitatis vnitate concordat et garulitatis omnem improbitatem euacuat. Hec si debito veneratur affectu Respublica per eam reficitur et profectibus cottidie votiuis secundatur. Proinde oculos mentis nostre zelo specialis sinceritatis in preclarum dominum Marchionem Brandenburgensem et fratrem nostrum carissimum dirigentes, in quo et alti sanguinis profapiam et magne fidei constantiam ac morum prestantiam contemplamur, fedus pure ami- citie cum ipso placuit nobis assumere et nexu consanguinitatis et parentele iugiter roborare. Cuius rei execucionem prosequentes Inclitam filiam nostram dominam Hedwigim Preclaro et Magnifico principi, domino frederico, filio ipsius, desponsare et tradere matrimonio de- creuimus. Sed quia nondum ad annos nobiles peruenerunt, Copulam carnalem inter eos ad Quinquennium a data presencium differimus consumendam. Vt autem hec, que ex pura pro- cesserunt caritate, et ordine non careant, et robore firmitatis fulciantur, Condiciones et capitula

infra scripta presentibus annectimus. In primis autem volumus et ordinamus, Quod si nos vxorem recipere contigerit, et filios ex ea non habere, Extunc corona et Regnum polonie prefate domine Hedwigis, filie nostre, et domino frederico, Marito suo predicto, cedant hereditaria successione, et tam filia nostra, quam dominus fredericus, maritus suus, post nostrum decessum Regni insignantur corona. Si autem non filios, sed filias aliquas post nos reliquerimus, prefata domina Hedwigis, filia nostra, et dominus fredericus, maritus ipsius predictus, de consilio prelatorum et Baronum Regni nostri ipsas cum dote competenti maritabunt. Porro si ante consumacionem matrimonii huiusmodi nutu dei decedere nos contingat ab hac luce, Prelati et Barones Regni nostri predicti vsque ad copulam carnis, non expectato tempore quinquennii lupradicto inter filiam nostram predictam et ipsam dominum fredericum huiusmodi matrimonium consumabunt et Regnum et coronam Regni nostri ipsis tamquam heredibus in successione legitima sine dolo et fraude deputabunt. Preterea si volente domino filium vel filios procreare nos contigerit, ad illum et ad illos tamquam heredes Corona et Regnum nostrum polonie iure hereditario pertinebunt: prefata vero domina Hedwigis, filia nostra, cum centum milibus florenorum auri Hungarie per nos vel Regnum nostrum pro dote sibi assignandis, postquam nobis filius et Regni successor nasceretur, infra Biennium tempus (sic) reddi debet contenta. Prefatus autem dominus Marchio Brandenburgensis suo et filii sui nomine ratione predictorum centum milium florenorum dotis prefate domine Hedwigis filie nostre alia Centum milia florenorum similium de Hungaria in dotalicium debet assignare et simul ducenta milia, que in dotem et dotalicium concurrunt, in et super terris, Ciuitatibus, Castris, districtibus, oppidis, villis infra scriptis et in Marchia Brandenburgensi iacentibus deputare et realiter assignare cum omnibus ipsorum omagiis, Omagialibus, feodis, feodalibus, vazallis, seruiis, Terrigenis, Nobilibus et Incolis, Necnon Juribus domini, proprietatis et proprietatibus, subiectionibus, dominiis meris et mixtis, cum censibus, Theoloneis, daciis, prouentibus, Obuencionibus, attinenciis, pertinentiis et appendiciis vniuersis, quomodocumque ad Ipsa spectantibus, nichil prorsus in eis sibi Juris, domini, proprietatis et subiectionis relinquentes, quarum quidem Terrarum, districtuum, castrorum, Ciuitatum, opidorum et villarum et honorum nomina sunt ista: Tota terra Stymbergensis (sic) cum omnibus limitibus, Metis et greniciis, prout in eis secundum omnem suam conferenciam est distincta, cum Ciuitate Oflno et toto ambitu et continencia dicte terre in ista parte fluuij Odra iacente, frankenfurt, Castrum Oderberg, Berlyn, Colon, Barnow, Nuenstad, Straufsberg, Menchberg, Wriessen super Odra fluuio, Ciuitates et opida et alia, quecunque ad ipsa dinoscantur pertinere, prout idem Marchio ipsa habuit, possedit, vsus est et potitus ex antiquo et hucusque. Prefatarum autem terrarum, Ciuitatum, Castrorum, opidorum et villarum Nobiles, Terrigene, feudales, Vassalli, Omagiales, Ciues, Burgenfes et Incole domine Hedwigis, filie nostre, statim post copulam carnis tamquam domine ipsorum legitime fidelitatis omagium prestare tenebuntur et fide Juramenti confirmare, Et omnibus modis et formis, sicut de iure et consuetudine harum Terrarum et eorundem principum imperialium hactenus tentum est, firmiter firmare et Juramenti et aliis munimentis ad premissa necessariis roborare, sic quod omnia Capitula supra scripta dotalicium concernencia tocuis roboris et momenti in omnibus

suscipiant firmitatem. Si autem, quod absit, prefatus dominus Fredericus, filie nostre predictae maritus, ab hac luce decesserit, filia nostra superstite remanente, prefata filia nostra Terras, Castra, Ciuitates, oppida, villas et bona supra scripta in ducentis milibus florenorum, sibi ratione dotis et dotalicii debitis, vsque ad tempora vite sue possidebit. Post mortem autem ipsius omnia predicta ad successores eiusdem Frederici, mariti sui, reuertentur, postquam Centum milia florenorum pro dote sibi datorum per prefatum dominum Fredericum Marchionem Brandenburgensem etc., patrem mariti filie nostre, vel ipsius successores nobis vel Regno nostro exsoluentur. Si uero prefata domina Hedwigis, filia nostra, quod auertat altissimus, copula carnis consumata moreretur et nos sine prole remaneremus orbat, Extunc corona et Regnum Polonie in successione legitima prefati domini Frederici, filie nostre mariti, remanebit, hoc etiam expresse specialiter et adiecto, si prefatus dominus Fredericus, filie nostre predictae maritus, centum milibus florenorum predictorum, pro dote sibi debitis, a nobis vel Regno nostro non receptis, copula tamen carnali cum dicta filia nostra subsequata, de hoc seculo migrauerit, Extunc ratione nuptiarum siue Serti virginalis prefatus dominus Fredericus Marchio Brandenburgensis, pater Mariti filie nostre, vel ipsius successores terram Sternbergensem ex integro, nichil in ea pro se juris, proprietatis, dominiū aut vtilitatis reseruando, cum ciuitate Frankford et castro Oderberg ac ipsorum omnibus et singulis vtilitatibus, fructibus, censibus, theoloneis in Terra et Aqua solui solitis ac aliis omnibus et singulis prouentibus, pertinenciis et attinenciis, que ad ipsa spectauerunt et nunc spectant quouis modo et specialiter cum vassallis, omagiis, omagialibus, feodis et feodalibus, Juribus, Jurisdictionibus, proprietatibus, dominiis, meris et mixtis et quicumque profectus generaliter vel specialiter potuerint in eis reperiri, prefate domine Hedwigi dare et effectualiter tenebitur assignare, per ipsam habenda, tenenda et ad ultimum vite sue terminum pacifice et quiete possidenda, qua defuncta ad successores et proximiores mariti sui predicti omnia reuertentur. Similiter ordinamus, quod si prefata domina Hedwigis post consumacionem matrimonij et copule carnalis ac coronacionem de se et marito suo, domino Frederico, factam decesserit et aliqua filia vel filie nostre remanserint, Extunc prefatus dominus Fredericus, maritus filie nostre, prefato Regno et corone polonie velud heres et jure hereditario succedat, filias vero predictas nostras cum dote competenti maritabit, prout supra est expressum. Item si filios contingat nos relinquere et illi heredibus legitimis non habitis decesserint, ad prefatam dominam Hedwigin et dominum Fredericum maritum suum corona et Regnum nostrum jure hereditario nichilominus pertinebunt. Adiungimus etiam ad predicta, quod si prefata domina Hedwigis, filia nostra, cum marito suo, domino Frederico predicto, domino prestante ducentes longam uitam, prolem ex se et filiis ac nepotibus et aliis suis successoribus produxerint, huiusmodi successores vsque ad vltimum ex ipsis descendentes omnia dominia, que in sortem et portionem prefati domini Frederici, mariti filie nostre predictae, post decessum domini Frederici, patris predicti Frederici, mariti filie nostre, peruenerint, jure hereditario possidebunt et habebunt, quibus deficientibus et a memoria sublatis predicta dominia ad successores ipsius Marchie Brandenburgensis heredes et succedaneos legitimos deuoluentur. Postremo fors et portio pre-

fatum dominum fredericum, maritum filie nostre, contingens cum aliis fratribus suis, filiis prefati domini frederici Marchionis Brandenburgensis etc. parem debet et aequalem mancipationem sortiri, Harum quibus Sigillum nostrum maius est appentum testimonio litterarum. Actum Cracouie, feria tertia proxima post dominicam Misericordia domini, Anno domini Millesimo Quadringentesimo vigesimo primo, Presentibus Reuerendis in cristo patribus dominis Nicolao sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopo et primate, Alberto Cracouiensis Regni polonie cancellario, Andrea Poznanienfis, Jacobo Plocensis et Johanne Chelmenfis Ecclesiarum Episcopis, Magnificis et Strenuis Cristino Castellano Cracouiensi, Sandywogio Poznanienfi, Nicolao Sandomyrenfi, Jacobo Siradienfi, Nicolao Lancicienfi, Mathia Brzestensi et Januffio Gnewtonienfi, Pallatinis, Michaele Sandomiriensi, Mostycio Poznanienfi, Martino Siradienfi, Johanne Lublinenfi, Dobkone Woyniceufi, Cristino Sandecenfi, Johanne Rudomiriensi, Marciffio Zamchoftenfi, Domarath Becenfi, Mathia Naklenfi, Johanne Medzirzecenfi, Adam dobrinenfi et Johanne Rippinenfi Castellanis, Petro Schaffranecz Cracouiensi, Alberto Lancicienfi et Jacobo Siradienfi subcamerariis, Sbigneo Regni polonie Marschalco, Paulo Cracouiensi, Petro Sandomirenfi, Petro Siradienfi, Prandotha Lancicienfi, Johanne Califiensi Judicibus, Nec non Illustri domino Johanne Juniore Marchione Brandenburgensi, Reuerendo in cristo patre domino Johanne de Brandenburgensi ad Iubucensem Ecclesiam translato, Religioso et venerabili viro domino Buffone Magistro ordinis sancti Johannis per Marchiam Brandenburgensem, Alberto Comite de lyndow et domino Ruppinenfi, Johanne de Bibersten, Otthone de Yllemburg, Gunczelino de Bersteflowen (sic pro Bertensleuen) Baltazaro de Sleyben Comendatore in Lyeffen dieti Ordinis, henrico de Ownicz, Mathia de vchtenhagen militibus ac Theodrico Ram in medicinis doctore, Johanne Cameraw in iure canonico licentato, otthone de Sleben, Johanne de Nulteten et alijs multis Baronibus et militibus Regni et Marchie predictorum. Datum per manus eiusdem Reuerendi patris domini Alberti Episcopi Cracouiensis Suppremi Cancellarii Et venerabilis Johannis decani Cracouiensis Vicecancellarii Regni Polonie.

Relatio supradicti domini Alberti Episcopi Cracouiensis Regni Polonie Cancellarii etc.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives.

MCCCXCIV. Bündniß zwischen dem Könige Wladislaw von Polen und dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg wider den Deutschen Orden in Preußen, vom 8. April 1421.

Nos Wladislaus, dei gracia Rex Polonie, Necnon Terrarum Cracowie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyaue, Lythwanieque Princeps, Suppremus Pomeranie Russieque